

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

§. 1. Quid & quotuplex [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

re debeat. Tantum igitur cum Capucinum habeat ad Papam subiectionem, & ad eius mandata obligationis vinculum, manifeste profecto consequitur non parvam eidem incumbere necessitatem non ignorandi Constitutiones Apostolicas earumque quantum suæ vocationis institutum & munerum iuncturæ administrationem concernunt, vim & obligandi valorem; De his ergo cum speciatim præsens Summula ex proposito tractet, ad generalem earund. notitiam Isagogen præmittere consultū duxi, quantum ab ovo aggrediar; sic

§. I. Quid & quotuplex sit Constitutio?

1. Constitutio quid sit. 3. Quotuplex sit
2. Constitutio Ecclesiastica.

II.
Constitutio quid sit.

Constitutio propriè significat legem superioris Principis; quidquid ex Isidoro Gratiano c. *Constitutio*. d. 2. ad solum restringat Imperatorem seu Regem dicens *Constitutio vel Edictum est, quod Rex vel Imperator constituit, vel edicit*, Sylu. V. *Lex*. n. 1. Quatuor ponit nomina generalia ex diversis sumpta, idem tamen significantia, scilicet *Lex, eo quod liget, vel legatur. Ius, maximè*

in scriptis redactum, eo quod per hoc iustum
cognoscatur & reddatur. Statutum, eo quod
firmetur deliberatione, quasi in statu, id est in
gradu immobili situm & positum. Et Constitu-
tio, quasi simul statuitio, eo quod ad eam multi,
id est populus, conueniant.

Constitutiones diuidit Lancellot. *Instit.*
lib. 1. tit. 2. in Ciuiles & Ecclesiasti-
cas. Ciuiles sunt, quas Princeps, aut Magi-
stratus, aut populi sibi metipsis sanciunt.
Constitutio Ecclesiastica varijs nuncupatur
nominibus, Decretum, Decretalis Epistola,
Dogma, Mandatum, Interdictum, Sanctio,
Canon &c. *Decretalis* tamen *Epistola* proprie
est ea constitutio, quam Papa edidit cum
Consilio Cardinalium, vel sine illo ad alicuius
consultationem; *Decretum*, quando ad
nullius consultationem. *Dogma* dicitur, quia
constitit in doctrina Fidei Christianæ, sicuti
mandatum in doctrina de moribus. *Interdi-*
ctum, quando nulla adijcitur pæna. *Sanctio*,
quando pæna additur. *Canon*, vocabulum
græcum, latinè Regula nuncupatur, *regula*
autem dicta est, eo quod rectè ducit, nec
aliquando aliorum trahit. Alij dixerunt *reg-*
ulam dictam, vel quod regat, vel quod
normam benè viuendi præbeat, vel quod
distortum prauumq; corrigat. *c. Canon. Et*
Regula. d. 3. Et quamuis *Canon* proprie di-
catur

III.
Quorū
plex.

IV.
Constitu-
tio Eccle-
siastica.

A 4

catur id, quod statuitur in vniuersali Concilio, largo tamen modo continet etiam alias Constitutiones Ecclesiasticas, quàm concilij generalis, vt tradit Barbos. *in c. Canon. d. 3.* hinc Ius Canonicum.

§. 2. De Iure Canonico.

5. Ius Canonicum describitur.

6. Componitur ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum.

V.
Ius Canonicum describitur.

Ius Canonicum describit Barbos. *max. allegato l.* quod sit Regula, qua homines ab Ecclesiasticis Prelatis ad rectè viuendum ad spirituale bonum diriguntur. Componitur autem ex Decretis Pontificum vel Conciliorum, factis ad normam Iuris diuini & naturalis, ex S. Pagina SS. Patrum documentis, nec non & sæcularium Principum constitutionibus seu legibus. Decreta Pontificum vsque ad Innocentium X. inclusuè, magno labore ac diligentia collegit Laertius Cherubinus, & in vnum quasi corpus coniecit sub Bullarij Romani nomine. *Statuta Conciliorum* alia sunt *generalia*, seu *vniuersalia*, quæ SS. Patres ex vniuerso orbe in vnum conuenientes, iuxta fidem Euangelicam & Apostolicam condiderunt; alia *Provincialia*, quæ

VI.
Componitur ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum.